

CAP. X.

S Y R U P I.

SYRUPUS SIMPLEX, sive COMMUNIS.

℞. Sacchari purissimi triti partes quindecim,
Aquæ partes octo.

LENI calore solvatur Saccharum in Aqua, et
coquatur paululum, ut fiat Syrupus.

SYRUPUS ACIDI ACETOSI.

℞. Acidi Acetosi libras duas cum semisse,
Sacchari purissimi libras tres cum semisse.

COQUE ut fiat Syrupus.

SYRUPUS ALTHÆÆ OFFICINALIS.

℞. Radicis Althææ officinalis recentis concisæ libram unam,
Aquæ libras decem,
Sacchari purissimi libras quatuor.

COQUE Aquam cum Radice ad dimidium, et validè exprimens, cola. Liquorem colatum sepone, ut fæces subsidant, et defæcato adde Saccharum, dein coque, ut fiat Syrupus.

SYRUPUS AMOMI ZINGIBERIS.

℞. Radicis Amomi Zingiberis tritæ uncias tres,
Aquæ bullientis libras quatuor,
Sacchari purissimi libras septem cum semisse.

MACERA Radicem in Aqua, vase clauso, per horas viginti quatuor; dein liquori colato adde Saccharum contritum, ut fiat Syrupus.

SYRUPUS CITRI AURANTII.

℞. Corticis exterioris recentis fructûs Citri Aurantii uncias sex,

Aquæ bullientis libras tres,
Sacchari purissimi libras quatuor.

MACERA Corticem in Aqua per horas duodecim; dein liquori colato adde Saccharum contritum, leni calore adhibito, ut fiat Syrupus.

SYRUPUS CITRI MEDICÆ: olim, SYRUPUS
LIMONUM.

℞. Succī fructūs Citri medicæ, postquam fæces
subsederint colati, partes tres,
Sacchari purissimi partes quinque.

SOLVATUR Saccharum ut fiat Syrupus.

SYRUPUS CÔLCHICI AUTUMNALIS.

℞. Radicis Colchici autumnalis recentis, in frusta
tenuia sectæ, unciam unam,
Acidi Acetosi uncias sexdecim,
Sacchari purissimi uncias viginti sex.

MACERA Radicem in Acido per biduum, vas
subinde agitans, dein leniter exprimens cola.
Liquori colato adde Saccharum contritum, et
coque paululum ut fiat Syrupus.

SYRUPUS DIANTHI CARYOPHYLLI.

℞. Petalorum Dianthi Caryophylli recentium, unguibus resectis, libram unam,
Aquæ bullientis libras quatuor,
Sacchari purissimi libras septem.

MACERA Petala in Aqua per horas duodecim ;
dein liquori colato adde Saccharum contritum
quod solvatur leni calore, ut fiat Syrupus.

SYRUPUS PAPAVERIS SOMNIFERI.

℞. Capsularum Papaveris somniferi siccatarum,
seminibus exemptis, libras duas,
Aquæ bullientis libras triginta,
Sacchari purissimi libras quatuor.

MACERA Capsulas concisas in Aqua per horas
duodecim ; dein coque donec tertia tantum pars
liquoris supersit ; tum validè exprimens cola.
Liquorem colatum coque ad dimidium, et iterum
cola ; addito demum Saccharo, coque paululum
ut fiat Syrupus.

SYRUPUS RHAMNI CATHARTICI.

R. Succi defæcati baccarum maturarum Rhamni
cathartici, partes duas,
Sacchari purissimi partem unam.

Coque ut fiat Syrupus.

SYRUPUS ROSÆ CENTIFOLIÆ.

R. Petalorum recentium Rosæ centifoliæ libram
unam,
Aquæ bullientis libras quatuor,
Sacchari purissimi libras tres.

MACERA Petala in Aqua per horas duodecim;
dein liquori colato adde Saccharum, et demum,
coque ut fiat Syrupus.

SYRUPUS ROSÆ GALLICÆ.

R. Petalorum siccatorum Rosæ Gallicæ uncias
septem,
Aquæ bullientis libras quinque,

Sacchari purissimi libras sex.

MACERA Petala in Aqua per horas duodecim ;
dein coque paululum et cola. Liquori colato
adde Saccharum, et coque iterum paululum ut
fiat Syrupus.

SYRUPUS SCILLÆ MARITIMÆ.

R. Aceti Scillæ maritimæ libras duas,
Sacchari purissimi contriti libras tres cum se-
misse.

SOLVATUR leni calore Saccharum, ut fiat Sy-
rupus.

SYRUPUS TOLUIFERÆ BALSAMI : vulgo,
SYRUPUS BALSAMICUS.

R. Syrupi communis libras duas,
Tincturæ Toluiferæ Balsami unciam unam,

SYRUPO recens parato, et ab igne remoto, cum
penè refrixerat, immisce paulatim Tincturam,
assiduè agitans.

SYRUPUS VIOLE ODORATÆ.

R. Florum recentium Violæ odoratæ libram unam,
Aquæ bullientis libras quatuor,
Sacchari purissimi libras septem cum semisse.

MACERA Flores in Aqua per horas viginti quatuor, vase vitreo vel fictili vitreato clauso; deinceps cola sine expressione, et liquori colato adde Saccharum contritum ut fiat Syrupus.